



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Haymo||nis Episcopi Hal-||berstatten[sis] Homiliarum,
nunc sexto || maiori [pro] ante hac unquam dili||gentia
excusarum, || Pars ...**

praeter omnes omnium appendices, accesserunt iam recens homiliae
aliquot piæ, ante hoc tempus excusæ nusquam

Pars Aestivalis

Haimo <Altissiodorensis>

Haimo <Halberstadensis>

Coloniae, 1551

VD16 H 222

Feria IIII. Paschæ

urn:nbn:de:hbz:466:1-39335

nostram duplam damnauit. Vt quid autem pro nobis mori uel resurgere uoluerit, manifestatur, cum adhuc subditur:

Et predicari in nomine eius poenitentiam & remissionem peccatorum.

¶ Non ergo durum uel asperum uideatur, quod dicitur, [predicari in nomine eius poenitentiam.] quia ualde dulce est quod sequitur, [in remissione peccatorum.] Et ubi haec predicanda essent, manifestatur, cum subinfertur: [In omnes gentes.] Quo uerbo Donatistarum haeresis confunditur, qui localem deum inducere uolentes, in sola Africa eius fidem esse dixerunt, non attendentes quod ipse dominus ait. [In omnes gentes.] In omnibus gentibus per apostolorum ministerium poenitentia & remissio peccatorum praedicata est, impleta propheta quae dixit: In omnem terram exiit sonus eorum, & in fines orbis terrae uerba eorum. Et ne aliquis propter magnitudinem peccatorum de uenia desperaret, subiunctum est: [Incipientibus ab Hierosolyma.] Nullus ergo propter magnitudinem peccatorum suorum remissionem se posse consequi desperet, si legitime poeniteat, quoniam ipsis Hierosolymis cognoscit indultum, qui cruentis manibus & mendacibus uocibus ipsum sanguinem, pro quem genitum humanum redemptum est, effunderunt. quoniam sicut dominus ait per prophetam, Nolo mortem peccatoris, sed ut conuertatur & uiuat.

Psal. 18.

pheta quae dixit: In omnem terram exiit sonus eorum, & in fines orbis terrae uerba eorum. Et ne aliquis propter magnitudinem peccatorum de uenia desperaret, subiunctum est: [Incipientibus ab Hierosolyma.] Nullus ergo propter magnitudinem peccatorum suorum remissionem se posse consequi desperet, si legitime poeniteat, quoniam ipsis Hierosolymis cognoscit indultum, qui cruentis manibus & mendacibus uocibus ipsum sanguinem, pro quem genitum humanum redemptum est, effunderunt. quoniam sicut dominus ait per prophetam, Nolo mortem peccatoris, sed ut conuertatur & uiuat.

Ecc. 18.

sicut dominus ait per prophetam, Nolo mortem peccatoris, sed ut conuertatur & uiuat.

FERIA QVARTA PASCHAE. Actuum III.

In diebus illis Aperiens Petrus os suum,

dixit. Viri Israelitę, & qui timentis deum, au-
dite. Et reliqua.

Notandum quod uiros de genere Israel, & ti-
mentes dominum, ad audiendum dei prouo-
cet uerbum. Viri em dicuntur a uiribus, qui
nesciunt tolerando deficere, aut in prosperis aliqua
se elatione iactare, sed animo stabili defixi, & caele-
stem rerum contemplatione firmati, manent sem-
per impauidi. [Qui timetis dominum inquit, au-
dite.] id est, qui reuerentiam habetis nominis eius:
quia eius uerba non meretur audire, nisi q̄ cogno-
scitur & timere. Timor autē dñi, quia iustus & re-
ctus est, auditum renouat, amorem tribuit, ardo-
rem charitatis inflammat.

Deus Abraam, & deus Isaac, & deus Ia-
cob, deus patrum nostrorum.

¶ Poterat enim dicere, deus Abraam, Isaac & Ia-
cob, sed ter nominat deum Abraam, deum Isaac, de-
um iacob, ut tu intelligas deum patrem, & filium,
& spiritum sanctum. Et ne tibi scandalum terna dei
nominatio generaret, addidit: [patrum nostrorum.]
Prudenter enim personas distinxit, & naturam uni-
uit [Glorificauit filium suum,] quando post resur-
rectionem nimis mirabilem, totius mundi creduli-
tatem deus ei in eo quod homo factus est, habere
concessit. Glorificauit eum gloria resurrectionis,
glorificauit gloria ascensionis, & glorificauit suę
dexterę sessionis. [quem uos quidem tradidistis.]
Hinc enim respondit Pilatus dño, dicens: Nunquid
ego Iudæus sum? Gens tua & pontifices tui tradi-
derunt te mihi, quid fecisti? subauditur, ut tradere
ris mihi. Tradiderunt enim dominum sacerdotes

Ioh. 18.

D

- Per inuidiam, tradidit Iudas pro cupiditate, tradidit pater pro nostra liberatione, tradidit semetipsum filius pro nostra dilectione. De patre enim ait Apostolus: Qui proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. De filio autem, qui dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis. [& negastis ante faciem Pilati.] dicentes. Crucifige crucifige talem. Nos non habemus regem nisi Cæsarem. Nos legem habemus, & secundum legem debet mori quia filium dei se fecit. [iudicante illo dimitti.] Quærebat enim (ait euangelium) Pilatus opportunitatem, ut dimitteret Iesum, dicens: Ego non inuenio in eo causam, sed neque Herodes. Pilatus mittit ad Herodem. Herodes mittit ad Pilatum.
- Rom. 8.** Inter duas impietates discurret pietas, & tamen impietas pietatem non potest condemnare. Præsens est reus, & non inuenitur reatus. Tradidistis mihi hunc hominem quasi auertentem, inquit, populum, & ecce coram uobis interrogas, nullam causam inuenio in eo ex his, in quibus eum accusatis. Dicitis quod præcipiat tributa non solum Cæsari, comprobauit falsum esse quod obijcitis, Docere hunc contra legem dicitis, & probauit eum non destruere legem, sed adimplere Omnia quæ obiecistis, in diuersum inuenta sunt. [Et petistis uirum homicidam donari uobis]
- Eph. 5.** Erat autem (ait euangelium) qui dicebatur Barabbas uinctus, qui in seditione fecerat homicidium. Barabbas enim qui filius patris eorum interpretatur, significat diabolum, qui multas seditiones in toto concitat orbe, homicidia scilicet & adulteria & omnia crimina: quia statim ut Iesus crucifixus est, Barabbas iste dimissus, suffocat populum Iudaorum. [autorem uero uitæ
- Ioh. 19.**
- Luc. 23.**
- Ibidem.**
- Mar. 15.**

interfecistis, illum qui plasmavit hominem de li- Gen. 2.
mo terrę, & inspiravit in faciem eius spiraculum vi-
rę. & factus est homo in animam uiuentem: illum Ioh. 14.
qui dixit, Ego sum uia, ueritas & uita. Et de quo 1. Ioh. 5.
Iohannes, Hic est uerus deus & uita æterna.

Et nũc fratres scio quia per ignorantiam fecistis.

¶ Si enim cognouissent, ait Apostolus, nun- 1. Co. 2.
quam dominum glorię crucifixissent.

Deus autem qui prenũciauit per os oim
prophetarum pati Christũ suũ, impleuit sic.

¶ Hinc & ipse dñs Cleophe & alio discipulo ait:
O stulti & tardi corde ad credendum in omnibus Luc. 24.
quę locuti sunt prophete, nõne hæc oportuit pati Chri-
stum, & ita intrare in gloriam suam? Et incipiens
a Moyse & omnibus prophetis, interpretabatur
illis in omnibus scripturis quę de ipso erant. Si em̃
Moyse, & omnes prophete Christum locuti sunt,
& hunc per angustiam passionis in gloriam suam in-
traturũ, quę ratione se gloriantur esse Christianos, quę
iuxta uirium suarum modulum neque scripturas
qualiter ad Christum pertineant inuestigare, neque
ad gloriam quam cum Christo habere cupiunt
per passiones tribulationum desiderant attingere?

FERIA QUARTA PA-
sche. Iohannis XXI.

In illo tempore Manifestauit se iterum Ie-
sus ad mare Tiberiadis. Manifestauit autem
sicut Erant simul Simon Petrus & Thomas,
qui dicitur Didymus. Et reliqua.

Cum memoriam dñicę resurrectionis semper
animo retinere, & ore recitare debeamus, ma

D ij

xime tamen istis diebus de illa loquendum est, in quibus facta creditur & ueneratur. Et non debet onerosum uideri ad audiendum, quod sanctis euāgelistis utile uisum fuit ad scribendum. Non solum enim gloriosum est quod discipulis post resurrectionem apparuit, sed etiam numerus eorum quibus apparuit, uel loca in quibus uisus est, mysterijs plena sunt. Quod in huius lectionis serie euangelista manifestare curauit, cum tam solícite modū apparitionis eius expressit dicens. [manifestauit se iterum Iesus ad mare Tiberiadis. Manifestauit autē sic &c.] Et pulchre septima apparitione septem discipulis apparuit, quia illi ad eius uisionem peruenturi sunt, qui septiformi spiritu sancti gratia illuminati, fluctus præsentis seculi diuino amore calcant, & in lucrandis animabus inuigilant. Septenarius enim numerus, qui constat ex ternario & quaternario, id est, ex primo impari & primo pari, dona spiritus sancti significat. per cuius gratiam & fides trinitatis cognoscitur, & quatuor euangeliorū doctrina custoditur. ¶ Sed querit aliquis, quare Petrus post conuersionem ad piscationem rediit, quum ueritas dicat Nemo mittens manum in aratrum, & aspiciens retro, aptus est regno dei? Ad quod breuis quidem, sed facilis patet responsio, quia illud opus post conuersionem sine culpa repetitur, quod ante conuersionem absque culpa exercebatur. Quod facilius cognoscimus, si cum officio Petri & Matthæi euāgelistæ & coapostoli opera conferamus. Nam piscatorem fuisse Petrum, Matthæum uero telonarium nouimus. Et Petrum quidem post conuersionem ad piscationem rediisse, Matthæum ad telonei lucra resedisse nō legimus: quia ali-

Lucæ. 9.

ud est uictum cum iustitia quærere in piscando, & aliud iurgando telonei lucris insistere.

Et exierunt, & ascenderunt in nauem, & illa nocte nihil prendiderunt.

¶ Sicut nauis seculum significat, sic nox illa pro ignorantia ponitur, ut est illud: Nox præcessit, discipulis autem appropinquauit. Omnes enim ante aduentum domini quorquor laborauerunt, quasi in nocte laborauerunt, quia spem resurgendi uel uitam æternam possidendi perfecte habere non poterant, sicut modo habent. Tota ergo nocte nihil prendiderunt, quia nisi dñs sua gratia cor illustret auditoris, quasi in nocte laborat sermo doctoris, teste psalmista, qui ait: Nisi dñs ædificauerit domum, in uanum laborant qui ædificant eam. Ut autem & doctores recte docere, & auditores digne ualeant audire, illius flagitanda est misericordia, de quo subditur:

Rom. 13

Psa. 126

Mane autem iam facta, stetit Iesus in littore, non tñ cognouerunt discipuli quia Iesus est.

¶ Vbi forte mouer aliquem, quare dñs post resurrectionem in littore stetit, cū ante passionē nō solum coram discipulis super fluctus maris ambulauerit, sed etiā Petro, supra mare ut ambulare posset, dederit manum. Ad quod dicendū est, quia nō hoc dñs propter impossibilitatē, sed propter mysterium fecit. Per mare ergo (ut diximus) seculum significatur. Discipuli ergo in mari erāt, quia inter fluctus seculi huius adhuc laborant. Dñs autem in littore stetit, quia ab eorū corruptiōe & mortalitate alienus erat. Ac si uerbis diceret: Iam uobis in mari nō appareo, quia inter fluctus seculi uobiscum

D in

Luc. 24. communiter non uiuo. Et hoc est quod alibi ait: Hæc sunt uerba quæ locutus sum ad uos, cum adhuc essem uobiscum.

Dicit ergo eis Iesus: Pueri, nunquid pulmentarium habetis? Responderunt ei: Non.

¶ Non ignorans dominus interrogauit discipulos, sed ut ex communi locutione suam demonstraret cognitionem. Et pulchre suos discipulos pueros uocauit. Puer enim a puritate dictus est. Recte & hoc nomen discipulis conuenit, quia absque dolo & simulatione, purissimo cordis amore domino adhærebant. In quorum olim persona per Isaiam dictum fuerat: Ecce ego & pueri mei, quos dedit mihi dominus. Tales enim paruulos omnes credentes esse uolebat, cum alibi dicebat: Nisi conuersi fueritis,

Isa. 8. & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum celorum. Et iterum: Sinite paruulos uenire ad me,

Mat. 18: talium est enim regnum celorum.

Mat. 19.

Dicit eis Iesus: Mittite in dexteram nauigij rete, & inuenietis. ¶ Bis in sancto euangelio legimus, quod ad domini iussione[m] retia laxata sunt in

Luc. 5. piscationem: primum ante passionem, & nunc secundo post resurrectionem. Hoc tamen inter utramque piscationem distat, quia in illa priori piscatione retia laxari iubentur, in qua tamen parte mittebantur non demonstratur, in hac autem specialiter in dexteram mitti iubentur, in illa præ multitudine piscium rete rumpitur, in hac autem multi pisces capti sunt, & retia rupta non sunt. Unde apparet, quia per illam priorem piscationem significatur ecclesia, quæ illis est in presenti uita: per hanc autem post resurrectionem factam, qualis erit in futuro. Boni enim

Soli nusquā sunt nisi in celo, mali soli nusquā sunt nisi in inferno. In p̄senti em̄ ecclesia utriusq; partis ciues inueniuntur, quia multi p̄ fidem in ecclesiam intrant, qui per bona opera ad regnū celorum peruenturi nō sunt, de quibus per Psalmistam dicitur: Annunciaui & locutus sum, multiplicati sunt super numerum. In hac ergo piscatione, quę post resurrectionē facta est, decebat ut soli boni pisces caperentur p̄ q̄s electorum numer⁹ significaretur. Psal. 39.

Miserunt ergo rete, & iam non ualebant illud trahere p̄ multitudine piscium.

¶ Quod exteriora miracula interiorē fidē frequenter instruat, in p̄senti loco demonstratur, quā dominum, quem ex uisione & collocatiōe non cognouerant ex captura pisciū cognouerūt. Cum ergo tota nocte laborantes nihil cepissent, mox ad eius iussione[m] tantam multitudinem piscium ceperunt, ut rete trahere non ualerent.

Dicit ille discipulus quē diligebat Iesus, Petro. Dominus est. ¶ Et quia inter oēs uirtutes uirginalis integritas quodam priuilegio p̄cellit, recte incorruptibile dñi corpus, incorrupt⁹ uirgo prior recognouit, Iohannes scilicet, cuius est hoc euangelium. Sed cum omnes audissent quia dñs est, qui eum p̄ ceteris amauit, prior uenire festinavit. Vnde & subditur:

Simon Petrus cum audisset quia dominus est, tunica succinxit se (erat em̄ nudus), & misit se in mare, & puenit ad Iesum. ¶ In multis locis euangelij demonstratur, quod p̄ ceteris discipulis Petrus dominum dilexerit. Nam cum se passurum Hierosolymis p̄diceret, dicens: Ecce ascē Mat. 20.

dimus Hierosolymam, & filius hominis tradetur
 in manus peccatorum, & condemnabunt eum mor-
 te, Petrus assumpsit eum secreto, & ait illi: Absit a te
 dñe, non fiat istud, nõ enim decet ut filius dei gustet
 mortem. Et cum eiusdem passionis articulo immi-
 nente dñs diceret, Omnes uos scandalum patiemini
 in me in ista nocte, ille præ multitudine amoris cõ-
 filius dicebat: Etsi omnes scandalizati fuerint in te,
 ego nunquam scandalizabor. Cumq; dñs quod
 futurum erat prosequeretur, dicens: Amen dico ti-
 bi, antequam gallus cantet, ter me negabis, ille con-
 tra dicebat: Etsi oportuerit me mori tecum, nõ te
 negabo. Et ut in hac lectione refertur, cõ dominũ
 stantẽ in littore uidisset, tunica succinxit se, & mi-
 sit se in mare. Spiritualiter uero hoc dicere possu-
 mus, quia postquã eum resurrexisse cognouit, tuni-
 ca fidei uel amoris, qua in negando se nudauerat,
 reinduit, & misit se in mare. i. inter tumentes mun-
 di potestates, eius nomen predicare cõcepit, quem
 ad unius mulieris uocẽ ter prius negauit. Ait em̃:
 Obedire oportet deo magis quam hominibus.

Actu. 5.

Alij autem discipuli nauigio uenerunt,
 .i. eadẽ fide uel amore flagrantes, qua Petrus apo-
 stolus accessus erat, secuti sunt. Vñ & bene dicitur:

Non em̃ longe erant a terra, sed quasi cubi-
 tis ducentis, trahẽtes rete piscium.] ¶ Quia in du-
 centis cubitis cõtenarius numerus duplicatur, per-
 fectã numerus iste charitatẽ insinuat, q̃ ex dilecti-
 one dei & proximi constat. Qui em̃ perfecte deũ
 & proximũ diligit, non longe est a terra uiuentiũ.

Vt autem ascenderunt in terram, uiderunt
 prunas positas & piscẽ suppositũ, & panẽ] ¶ Vbi

ad literā quasi sonare uideretur, q̄ piscis & panis prunis superpositus esset. Sed sciendū est, q̄ ille q̄ necessarius erat. i. piscis, prunis erat suppositus, panis uero seorsum positus erat. ¶ Notandū etiā q̄ ipsa qualitas ciborū a mysterio nō uacat. Nam sicut in alia euāgelij lectiōe legimus, cū pisce affo fauū mel Luc. 24. lis discipuli dñi obtulerunt: hic autē panis & piscis memoratur fuisse. Ipse em̄ q̄si piscis affatus est tpe passionis, sed dulcedinē panis exhibuit tempore resurrectionis, qui de seipso ait: Ego sum panis uiuus, qui de cælo descendi. Et iterum: Panis quē ego dederō, caro mea est, pro seculi uita.

Ioh. 6.

Dicit eis Iesus: Afferte de piscibus q̄s pren didistis nunc. Ascendit autem Simon Petrus, & traxit rete in terrā, plenū magnis piscib⁹ centum quinquaginta tribus. Et cum tanti essent, non est scissum rete ¶ Manifestū est, nec expositione indiget, qd̄ sit q̄ Petrus prior omnibus rete cū piscibus traxit in terram. Ipsi em̄ specialiter ecclesia cōmendata est, illi ligandi & soluendi data est potestas, quando ei a dño dictum est: Tu es Petrus, & super hanc petram edificabo ecclesiā meā, & portę Mat. 16. inferi nō p̄ualebunt aduersus eam. Et tibi dabo claues regni cęlorū. Et q̄dcunq; ligaueris super terrā, erit ligatum & in cęlis: & quodcunq; solueris super terrā, erit solutum & in cęlis. Nam & post resurrectionem ei a dño dictū est: Simon Iohannis, diligis me plus his? Pasce oues meas. Sed illud solite considerandū est, quia nequaquam euangelista ipsorū pisciū numerū tam solcite expressisset, si in ipso numero mysteriū defuisse crederet, ait em̄: Ascendit Simon Petrus, & traxit rete in terrā, plenū magnis piscib⁹ centū quinquaginta tribus. Numē

Ioh. 21.

rus iste ab uno incipit, sed usque ad decem & septem crescendo multiplicatur. Si enim decem & septem ter duxeris, quinquaginta unum inuenies. Iterum si quinquaginta unum ter multiplicaueris, centum quinquaginta tria inuenies. Decem uero ad decalogum legis numerum pertinent, quia decem precepta Moysi data sunt. Septem uero ad spiritualem gratiam noui testamenti, propter septem dona spiritus sancti, uel propter fidem sancte trinitatis, & doctrinam quatuor euangeliorum. Quinquagesimus autem numerus ad requiem pertinet, quia quinquagesimus annus iubilaeus, id est annus remissionis est dicitur. Quia ergo illi ad ueram requiem perueniunt, qui decalogum legis per gratiam spiritus sancti spiritualiter implent, quasi decem & septem ter ducimus, uel ad quinquagesimum numerum perueniamus. Et quia uera reges in unitate est, recte ad quinquagesimum additur unum: quoniam sic de primitiua ecclesia dictum est:

Actu. 4. Multitudinis autem credentium erat cor unum & anima una. Et quoniam custodia legis & gratia spiritualis in fide sancte trinitatis consistat, quasi quinquaginta unum ter ducimus, ut ad centum quinquaginta tria perueniamus. Quia enim (sicut supra dictum est) per hanc purificationem ecclesia qualis in futuro erit, significatur, dignum fuit ut tot pisces caperentur, per quos electorum summa, quae cum domino regnatura est, significaretur. Ut autem dominus de sua resurrectione omnem dubitationem a discipulorum mentibus auferret, non solum eis dignatus est apparere, sed etiam coram eis comedere. Unde & subditur: [Dicit eis Iesus: Venite, praedate.] Et pulchre ultimum conuiuium cum septem discipulis uoluit celebrare, quia illi post uniuersale iudicium cum domino aeternum conuiuium celebraturi sunt, quia in presenti seculo septiformi gratia

Spiritus sancti repleti fuerit. Quod uero subditur,
Et nemo audebat discumbentiū eū inter-
rogare, tu quis es: scientes quia dominus est.
tale est ac si diceret. Nemo præsimebat q̄s esset in-
terrogare, quia quod ipse Christus esset, nemo po-
terat dubitare. Tā eīm manifesta & præclara erat
eius cognitio, ut omnibus se uidentibus manifestū
esset, quis esset: & ideo superfluum erat, quis esset,
rogare, de cuius cognitione nemo discumbenti-
um poterat dubitare.

Et uenit Iesus, & accepit panē, & dabat eis,
& piscem similiter. ¶ Dedit ergo dominus disci-
pulis piscem, quia suam passionem, imitādam esse
ostendit. Dedit & cum pisce panem, quia post to-
lerantiam passionis, gaudia repromisit æternę fa-
tietatis. Quod uero dicitur,

Hoc iā tertio manifestatus est Iesus disci-
pulis suis, cum resurrexisset a mortuis, ¶ nō ad nu-
merū apparitiōum, sed poti⁹ ad dierum ptinet. Nā
primo die quo resurrexit a mortuis, quinq̄s ab
hominibus uiuus est. Iterum autem alia die quan-
do post dies octo apparuit discipulis in conclau,
ubi erat Thomas. Tertio uero, qñ piscantibus ad
mare Tiberiadis, septima uice apparuit discipulis,

FERIA QUINTA PA- schæ. Iohan. XV

In illo tempore Maria stabat ad monu-
mentum foris plorans. Et reliqua.

IN multis locis scripturæ uirtus p̄seuerantię lau-
dabilis ostēditur, nō minus tñ in hui⁹ exordio
lectionis, q̄ præcipua uirtus sit cognoscimus,